



Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

JANVARIVS

fortè periturus, nisi sic perijset. ex Annal. Patr. & Mart. P. Canis. & Surij.

XXIV.

HERVORDIÆ RAVENSPVRGII COMITA-
TVS nobilis & ampla, sed altâ infe-
cta hæresi ciuitas Festum recolit PvSSINNÆ
Virginis, cuius sacra OSSA Religiosissimus I M-
PERATOR CAROLVS GALVVS anno post
SERVATORIS ADVENTVM M.D.LIX. Eccle-
siæ donauit. Et applausit piæ CAROLI munifi-
centiæ æther editis miraculis, cæcis visum, claudis
gressum, languoribus correptis sanitatem reddendo.
Non pusilla PvSSINNÆ Virginis, sed Palmaria
sanctitatis Argumenta, ex fastis Gelianis.

XXVIII.

AQVIS GRANI Imperiali intra IVLIA M terri-
torio, B. SPEI Confessoris felicissimæ industriae
SANCTI, in hominibus Deo conciliandis, ac
planè ingentibus virtutibus, rarâque patientiâ
memorabilis; cuius rei symbolum dedit colum-
ba nivea; ex ore agonizantis ab astantibus in
Cælum avolare visa. Felix sanè columbina ani-
nima, quæ mortales non ambulandi, sed & volan-
di

di ad superos viam docuit. Ex Apparat. Geleniano, & Annal. Perarij.

XXVIII.

Ibidem ad AQUAS GRANIAS sanctissime exspirauit CAROLVS merito suo Magni nomen relinquens sub annum DCCC. XIIII. etatis LXXII. nihil praeter Christianae religionis incrementum, & eternitatem in oculis habens. Novem Episcopatum Sedes, & Cœnobia, ad Alphabeti Græci numerum, quatuor supra viginti erexit. Basilicam MAGNÆ DEI MATRI visendam AQUIS condidit. cuius dedicationem mirabilem immo stupendam faciunt Auctores grauissimi, Canisius in Martyrologio, Chappeauville in Chronicis, Placentius, & recenter ex Antiquitatibus manuscriptis TUNGERENSIS Ecclesiae Rarus Chronologus R. P. Jacobus Libbetius Societ. IESV in Gloria sua Leodiensis Ecclesiae; totam rei seriem sic refert compendio. Optabat CAROLVS, animo & re Augustus, ad augustiorē reddendam dedicationis solemnitatem, eidem interesse tot Episcopos, quot annus dies numerat scilicet 365. aberant contra Caroli votum duo, quod impleuere quondam TUNGRENSIS Ecclesiae Episcopi MONVL-

B 2

PHVS